



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLXXXII. De Vastatione territorii Pograude & Garthe.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

## CAP. CCLXXXII.

*De*

*Vastatione territorii Pograude  
& Garthe.*

Anno codem tempore hyemali frater Eberhardus de Wirmenburg, Commendator de Kunnigsberg, cum duobus millibus equitum versus Lethoviam est profectus. Sed hoc non est sub silentio prætereundum, quod frater Conradus de Lichtenhagen Commendator de Brandenburg, cum exercitu magno præcesserat ipsum, eundo versus castrum Garthe, territorium quod vastavit incendio & rapina licet autem non multum proficeret ibi, cum equites terræ Lethoviae ad dictum territorium convenerunt: Tertio autem die post hæc idem frater Eberhardus cum suo exercitu sicut præordinatum fuit à Magistro, improvisè intravit territorium Lethoviae dictum Pograuden & majorem partem ejus destruxit per incendium & rapinam. Sed vexillum fratrum cum sibi adjuncti petit à mane usque ad meridiem in monte ex opposito Castri Jedemine ubi dictus Comes de Homberg & plures alii Nobiles dignitatem militiae suscepérunt. Hoc factō dum fratrum exercitus recederet, positis insidiis, quibus XX. Lethovvini, qui secuti fuerant, sunt occisi. In hoc bello præter incendium interficti fuerunt mille infideles & capti.

## CAP. CCLXXXIII.

*De*

*Secunda destructione Onkaym, & va-  
statione territorii ejus.*

Eodem